Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36520
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Hec sua membra dicata thoro
Ipsa crepundia repulerat.
Ludere nescia pusiola.
Spernere saucia. flere rosas.
Fulua monilia respuere.
Ore seuera. modesta gradu.
Moribꝫ & nimiū teneris
Canitiem senū meditata.
Ast ubi se furiata lues
Excitat in famulos dn̄i.
Xp̄icolasq; cruenta iubet
Thura cremare. iecur pecudis
Mortiferis adolere deis.
Infremuit sacer eulalię
Sp̄s. ingeniiq; feror
Turbida frangere bella parat.
Et rude pectus anhela dō
Femina ꝓuocat arma uirum.
Sed pia cura parentis agit.
Virgo animosa domi ut lateat
Abdita. rure & ab urbe procul.
Ne fera sanguinis in pręcium
Mortis amore puella ruat.
Illa ꝑ osa quietis opem
Degeneri tolerare mora.
Nocte fores sine teste mouet.
Septaq; claustra fugax aperit.
Inde ꝑinuia carpit iter.
Ingreditur pedibꝫ laceris
Per loca senta situ & uepribus.
Angelico comitata choro.
Et licet horrida nox sileat.
Lucis habet tam̄ illuc ducem.
Sic habuit generosa patrum
Turba. columniferū radium.
Scindere qui tenebrosa potens.
Nocte uiam face ꝑspicua
Prestitit. intereunte chao.
Non aliter pia uirgo uiam
Nocte sequuta diem meruit.
Nec tenebris adoꝑta fuit.
Regna canopica cū fugeret.
Et suꝑ astra pararet iter.
Illa gradu cita peruigili.
Milia multa prius ꝑagit.
Quā plaga pandat eo
Mane suꝑba tribunal adit.
Fascibus asstat & in mediis
Vociferans. rogo quis furor est
Perdere precipites animas.
Et male ꝓdiga corda sui
Sternere rasilibus scopulis.
Omnipatrēq; negare dm̄.
Queritis omiseranda manus
Xp̄icolum genus. en ego sum
Dęmonicis inimica sacris.
ydola ꝓtero sub pedibus.
Pectore & ore dm̄ fateor.
Ysis. apollo. uenus. nihil est.
Maximianus & ipse nichil est;
Illa nichil. quia facta manu.
Hic. manuū quia facta colit;
Friuola utraq; & utraq; nichil;
Maximianus opum dn̄s.